

DE GAV

DIO RESVRRECTIONIS
Sermo. In quo de myste
rio Tridui, contra
Sophistas.

I T E M A L I V S
In uerba Thomæ, Dominus me-
us, & deus meus. In quo de
uera paupertate.

I T E M
De sacramêto Eucharistiæ Sermo.
IO. DE COLAMPADIO AVTORE.

IOANNES OECOLAMPADIUS SIGISMUNDO
do Grimmio Medico Augustensi, amico suo
Salutem in Christo.

Brevi epistola mi Sigismunde, solene hoc, quod tam acurate à plerisque agitur, nuncupandæ lucubrationi unculæ negotium expediam, tametsi prolixior necessaria videatur: partim quod eximia beneficia, quæ tu in me collocasti plurima, parent requirant gratitudinem: partim quod parva dona, quæ hoc mecum nihili munus est, ampliori magnificari solent commendatione. Nunc neutrum mihi curæ. Neque tu parvi pedis (ut magnus Agesilaus aiebat) magnam caligam probares. Neque hac ratione par pari redderem. Et quid, ut cæteræ taceam, referet medico incolu mitati restitutus æger? Atqui bene fido amiciciæ, quæ omnia boni consulit: & in optimam spem adducar, probaturum te duos hos sermones, quandoquidem tam immodice tibi arrisit superior ille de laudando in Maria Deo. Precor ut te his ita oblectes, ne superiori uideantur inferiores, quo minus te pœniteat, uel meum uel meorum studiorum agere patronum, quem sine tali inescatione hætenus & amice et fideliter egisti. Vale. ex Monasterio S. Altonis. xv. Aprilis. Anno. M. D. XXI.

DE GAUDIO

DOMINICAE RESURRECTIONIS, ET MYSTERIO TRIDVI SERMO, AVTHORE IO. AN. OECOLAMPADIO BIRGITTANI NOMINIS MONACHO.



In quem unquam terris sol oriens diem aut festiūm, aut iucundum aduexit, hodiernus sanè multo festiuissimus, & omnium iucundissimus est, quo Christus resurrexit à mortuis. Gaudete & exultate, Christus noster resurrexit. Christus spes nostra, uita nostra, resurrectio nostra resurrexit: affertq; secū ingēs gaudiū, non momentarium aliquod, quod uel latēs adulteret amaritudo, uel aternus breui luctus occupet, sed durabile, sed sincerū, sed quod nemo queat auferre, sed quod prænunciū aeternae felicitatis. Affert planè Christus secum ingens gaudiū: etiamsi non omnibus, utpote Iudæis, & aliis uita pessima illum, quantum in se est, denuo crucifigentibus: certum tamen, quod iis qui crediderunt in nomine suo, & iis maxime, quorū pectora suauiter inhabitat amore, quiq; uicissim in solis Christi prae cordis habent requiem, iamq; non uiuunt, uiuit autem in eis Christus: affectionibus omnibus ita in illum coactis, ut ne pili quidē faciāt uniuersa quae

A ii

4 DE GAUDIO RESURRECTIONIS

mundus tanti. Et quo pacto fieri posset, quod non uel sentiant, uel degustet omnia Christi, siue tristia, siue laeta. Multorum animos nudius tertius sola passi Christi memoria penè in luctuosum luctum deiecerat. Quanto magis eos hodie resurgentis gaudium non recordatū duntaxat, sed & praesens, & nunquam desitutum exhilarat? Mitigabat nudius tertius pleraque dolorem, utpote tanti agonis corona, tantorum cruciatuum fructus, spes resurrecturi, fides Christi in aeternum uiuentis, atque alia. Hodie nihil non auget gaudia nostra in Christo, tantum nobis ipsis non desimus. Pro modo amoris modus erit & gaudium, utinam neutrius sit modus. Tepet amor, friget laetitia: feruet amor, aestuat ac furit laetitia. Amabant discipuli, & gauisi sunt uiso domino. Amabat sancta Christi parens, speciosa facta, & suauiter affecta est, receptis deliciis suis. Amabat immodice Magdalene, & facta est prima resurrectionis apostola. Certabant amore Petrus & Ioannes, certant & cursu ad sepulchrum: & hic praecurrit, at ille prior monumentum ingreditur. Aliis de se loquentibus Christus se comitem addit itineris, cum eum Thomas uix die octauo uidere mereatur. Certemus & nos fide primum, ut quod iucundissimum est certamen, certemus & iubilis. Nam licet non uideatur, praesto tamen erit & nobis, siue respiciat per fenestras, siue prospiciat per cancellos. Omnino mœrori nullus est locus, faessunt luctus, clamor, dolor. Priora transierunt omnia. Hyems transit, imber abiit. Audita est uox turturis uernam amoenitatem nunciantis. Personemus iterum atque iterum Halleluiah. Vertamus carmina luctuum in cantica laetitiae. De-
torqueba

torquebatur nuper ad affectus tristes ciendos illud Hieremias: O uos omnes qui transitis per uiam, attendite & uideate, si est dolor sicut dolor meus. Nos hodie in gaudio exclamabimus nomine Christi: O uos omnes qui transitis per uiam, attendite & uideate, si est gaudium sicut gaudium meum. Planè nulla auris id audiit, nullum os elocutum est, in nullius cor hominis ascendit. Quis & hanc altitudinem, uel profunditatem, uel longitudinem, uel latitudinē poterit comprehendere? Audiebatur nuper et illud Esaiæ: A planta pedis usq; ad uerticem capitis, non est in eo sanitas. Vulnus & liuor, & plaga tumēs, non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Auditum quidem est, tametsi aliquanto diuersius à germano prophetæ sensu. Hoc uero sequens, etiam ut scriptum est, passum nobis Christum ante oculos pingit: Non est species ei, neq; decor. Et uidimus eum, & non erat aspectus: & desiderauimus eum despectum, & nouissimum uirorum, uirum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus uultus & despectus, unde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo & humiliatum. Talis erat Christus noster. Hodie palinodiam cantemus. Adest Christus noster, speciosus nō solum præ filiis hominum, sed & præ omnibus filiis dei: gloria & honore decoratus est immortalis, nulli posthac obnoxius passioni. à planta pedis usq; ad uerticē capitis nō est in eo neq; infirmitas, neq; deformitas, neq; macula intus & foris, modis infinitis sole clarior. Ipse sol ille inocciduus, ne

que luna, neq; nubibus intercluditur: abditissima terra penetra-
 rat, & conuexa coeli cacumina transcendit. Nudiustertius
 us legimus fossos pedes, manus, & latus. Hodie pedes cer-
 uis perniciores: manus in ceruicibus inimicorum, manus
 annulatae auro, ut sponsa praedicat, impletae chrysolitis,
 manus diuites muneribus propediem in suos effundedis.
 Latus non maceria depulsa, neq; paries inclinatus, sed mu-
 rus aereus in ruinam millium & decem millium, & cauer-
 na in refugium spiritualium columbarum. Nudiustertius
 sputo coeretis sanguis faciem turpabat, quae hodie ut sol
 fulget in uirtute coelesti. Nudiustertius adorti eum cohors
 & tribunus militum uinctum ad mortem ducebant: hodie
 ipse adamantina mortis uincula, ferreosq; inferni uectes
 contriuit. An non adamantina uincula, quando nemini a
 morte resurgendi spes ulla erat, nisi primum morte suba-
 cta primogenitus mortuorum resurgeret? An non & illa
 adamantina, quibus nos domesticus tyrannus, uetus ille
 Adam tenet compeditos? Vtraq; Christi beneficio diru-
 pta. Nudiustertius fugiebant discipuli, & percussio pastore
 dispergebantur oues. Hodie congregatas oues rediuiuus
 pastor antecedit in Galilaea, congregaturus & alias innume-
 ras ex alio ouili. Nudiustertius a nebulonibus contem-
 ptissimis irridebatur: hodie a summatibus Seraphin ado-
 ratur. Nudiustertius ab iniquis sacerdotibus & principibus,
 qui in unum conuenerat, iniuste morti adiudicatus est: ho-
 die uiuorum ac mortuorum constitutus est iudex. Nudiuf-
 tertius sponte moriturus spiritum tradidit: hodie uictor &
 triumphator est mortis. Nudiustertius ingemiscebant ami-

ei, singultiebāt notī, trepidabānt discipuli: ut quod durius
 præteream, lamentabantur mulieres piæ, lugebant etiam
 inanimata, clamabant, maledicebant, & blasphemabant
 impii: eratq; uel tristis uel atrox facies omnium. Hodie re-
 pentino gaudio innouantur uniuersa, quæ Christo nō ob-
 nituntur. En quanta uicissitudo! quanta mutatio dexteræ
 excelsi! Neq; satisfaciet nobis illud Dauidis uaticiniū: Se-
 cundum multitudinem dolorum in corde meo consolati-
 ones tuæ lætificauerunt animam meam. Minus enim ali-
 quid consolationum nomine nobis insonat, beatitudines
 dicemus, & quantarum nemo capax unquam erit. Sed &
 sic sumus infantissimi. Si enim diuina liberalitate nullius
 non merita incomparabiliter amplioribus pensantur præ-
 miis: quanta eius existimanda sunt præmia, qui unus plus
 omnibus meruit, cuius & propria sunt omnia nostra meri-
 ta! Profecto nisi toti sumus impii, magnam nobis hodie-
 na lux gratulandi occasionem affert, & necessitate qua dā
 adigit, ne incœreamus. Hic est dies ille, quem multo antea
 Reges & Prophetæ uidere desiderarūt, & cum primis ma-
 gnus Abraham, de quo Christus ait: Vidit enim diem me-
 um, & gauisus est. Alium ne uocabimus diem domini, q̄
 hodiernum hunc, per quem deinceps dies festi sanctifi-
 cati sunt omnes, qui ab uniuersa nostra Ecclesia Domini-
 cus dies appellatur! Et quando diē hunc uidit Abraham?
 An quum uisis tribus adorabat unum? Fuit ea uisio haud
 dubie clarus dies domini. Verū hanc subsequuta est & alia
 uisio, etiam ipsa clarus dies domini, digna fide Abrahamæ,
 quando ad imperium dominicum proficiscebatur in ter-

8 DE GAUDIO RESURRECTIONIS

ram uisionis, ibi in holocaustum oblaturus unigenitum filium suum, quem diligebat Isaac: & die tertio eleuatis oculis uidit locum procul, quo ab immolatione filii angelica uoce reuocatus est. Hic est hodiernus dies: nota est historia, semota tamen plerisque sunt mysteria. Biduo illo toto quid erat Isaac, nisi uiuus mortuus? & quid erat Abraham nisi absque liberis pater? Tam certo neci destinatus erat ille, tam firmauerat hic animum, ne quid ex mandatis dei prateriret. Qua duricia sistebat senilium artuum tremorem? qua dissimulatioe premebat gemitus? qua uirtute sistebat lacrymas? qui in se quam filium suum, si & deo collibitum fuisset, sauire maluisset. sed fides syncera operatur incredulitate, & a communi sensu abhorrentia, & quae supra hominem, & quid non? fide centesimum agens annum filium acciperat, fide confidebat & mactatum filium reuiuificatum iri indubitatum habens, deum per omnia seruaturum rata quaecumque promiserat. Transiit biduum, & illuxit dies ille tertius, saluum recipit filium, confirmatur nouis iuramentis promissio. Montis immortale nomen rem seculis testatur. Et quid haec ad Christum, & diem hunc? Laetabatur Abraham ob receptum Isaac: at multo amplius ob typicum illum Isaac Christum, quem ex isto nascendum cognoscebat, & in quo, & ob quem istum tenerius diligebat ac sanctius. Vide mihi & dies ille esse, quo reuixit spiritus Iacob simulatque desideratum diu filium Ioseph accepit uiuere, et regnare in Aegypto. Euigilabat enim ad tam iucunda noua, quasi de graui sopore, ut nostri legunt, nimirum quendam mentis excessum designantes, quo futura praecognoscens

scens

scens exultarit in die illo in Iesu Christo, quem sibi è suo Ioseph aliquando proditurum coniectabat. Erat enim innocēs, & egregiæ indolis adolescens Ioseph, & principatum aliquem somniorum uisa portēdebant. Deniq; quid aliud erat omnis uita Ioseph, quàm præclara quædā Christi præfiguratio? Exosus erat Ioseph fratribus sine causa. Vendebatur ab iis, quos patri obediens iuuissebat. Tradebatur ab eis in manus gentis, cuius linguam nesciebat. Expoliabatur amictu, quo eum pater uestierat. Contemptim offerebant patri uestem sanguine hedi aspersam, dicentes: An non hæc uestis filii tui Ioseph? Et pater inconsolabiliter lugens, exclamabat: Fera pessima deuorauit filiū meum. Tragœdia hæc tota in Christo impleta. Inuidēt Iudæi fratres Christi iuxta carnem. Vendit & prodit perfidus Iscariotes, Tradūt in manus gentiū Principes sacerdotū. Rubricat immaculatæ carnis uestem peccatorum nostrorum sanguis, qui hedi dicebatur. Deniq; deuorauit fera pessima, nempe inuidia familiæ dominicæ, per quam zelum domus domini intelligo. Atqui neminem innocentium unquam tantū nocuit inuidia, quantū euexit. In terra aliena adorant fratres, cui ne uerbum quidem domi pacifice loquebantur. Offerunt munera, cui & tunicam auferebant. Tam irriti omnes liuoris conatus. Viuit & hodie Christus, accepto à patre cœlesti totius orbis imperio: & uestis eius nudius tertius cruore purpurata, hodie facta est stola claritatis. Quid nunc tibi ò Iuda profunt argētei, quibus magistrum tuum perfide uendidisti? Tu infamissimus deformi laquei nodo te ipsum strāgulasti: & quæ perfidia

B

merces, crepuisti medius, effusaque sunt omnia uiscera tua.
 At Christus uiuit. Ingratissimi Iudæi, quid profecistis calū
 niis, dolis, falsis testimoniis, & importunis ad mortem in
 nocentis agni postulationibus? Occidistis agnum, resur
 rexit Leo de tribu Iuda. Quē nocuistis? uos, an Christū?
 Lapidem reprobastis, factus est in caput anguli, factus est
 uobis in petrā offendiculi. Cecidit super uos. An non mi
 sere cōtriti estis? Promittebatis uos credituros, si de cruce
 descenderet: hodie, quod longe mirabilis est, triduanus
 ē sepulchro prodiit, quamobrem non creditis? Digni, ut
 ueniat super uos omnis sanguis, à sanguine Abel iusti, usque
 ad sanguinem Zachariæ: digni quibus eueniāt, quæ timui
 stis. Timebatis plebem, ne tumultus oriretur in populo
 in die festo. Adest dies ultiois, de quo Esaias: Corruet uir
 ad uirum, unusquisque ad proximum suum: tumultuabitur
 puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Timeba
 tis Romanos: quā strenue templū, urbem, & gentem
 uestram tutati estis, quo minus diriperemini? En sanguis
 eius exquiritur. En sanguis eius super uos, & filios uestros.
 Pilate, gloriaris adhuc, tibi esse potestatem, ut uel dimittas,
 uel crucifigas Christū? Accersi ad te & inuisum matri suæ
 Tyberium Cæsarem, cuius tibi fauor iustitia fuit antiquior
 & aude aliquid. En tu & imperator tuus, & omnia regna
 in manu Christi sunt. Tu irridens clamabas: Ecce rex uest
 ter, non carētem salibus: & ut tibi uidebatur, probrosum
 tam Christo quā genti titulum cruci superimponebas: Ie
 sus Nazarenus Rex iudæorum. Vide quem irriseris. Insani
 ente etiam Roma tua, Rex est, nō Iudæorum duntaxat,
 sed

sed & Rex regum, et dominus dominantium: idq; in fimbria eius serio, & in secula permanebit scriptū, ut scias laudum suarum hanc paruum esse portiunculam. Deus deorum est, obtinetq; nomen super omne nomen. Herodes uulpio, quem tu cum exercitu tuo, ut morionem tactabas, ut arrepticium contemnebas, ut uictum traducebas, is nūc te quanto glorie sior, quanto honestioribus Regum, prophetarum, & Patrum stipatur agminibus. Breui te quoq; angelorum corona cinctus de cœlis irridebit, & tanq; uas figuli confringet. Sed quid uos miseros cōmemoro, indignos, qui à Christo uincamini: sine exercitu, sine armis, sine congressu uos expugnabit; dicere debebam cū Propheeta, ut lutum platearum uos conculcabit. Speciosior Christi uictoria est aduersus Principatus, aduersus Potestates, aduersus mundi dominos, Rectores tenebrarum huius seculi. Insultemus & illis. O Lucifer, ò antique draco, ubi tenebræ tuæ, ubi fortitudo tua, in qua cōfidis: ubi gloriatio tua? Incidisti in foueam quā fodisti. Iniquitas tua super caput tuum uenit, habes talionē. O inuidia, cuius ducatu mors nobis introducta, crepa nunc & tu cum Iuda, nec usq; in orbe terrarum compare. Reuixit charitatis author. Aut superstes esto, sed misera, nulliq; miserabilis, omnibusq; gētibus nomen tuum execrabile sit semper. O mors, ubi est mors tua? ubi est stimulus tuus? ubi minæ tuæ? ubi leges tuæ crudelissimæ? O inferne, ubi morsus tuus? ubi spolia tua? ubi captiuitas tua? ubi uectes et repagula? Christus uicit, Christus triumphat. Et quid reliquit indomitū Christus? Prodeat, qui uel unā enarrare queat tristitiæ causam.

superesse iis, qui spem habent in domino, & concupiscen-
 tias suas ligno crucis affixerunt. Chirographū peccati ob-
 literatū est, diabolus uinctus, mors mortua, infernus expu-
 gnatus, pacata omnia. Cœlum patet, & ad cœlos liber fas-
 ctus est aditus. Ingemiscit forte quidam adhuc infirmus
 in fide, inopem se, & indigum rei familiaris, derelictū ab
 amicis, deprehensum inter angustias. Bono sit animo: bre-
 uis tempusculo ferenda hæc: post hæc merito Christi, qui re-
 surrexit, erit abundantia omnium, pax perpetua, & securi-
 tas summa. Conqueritur alius, morbis se implicari, aut se-
 nio grauari, labare genua, tremere manus, caligare ocu-
 los, surdescere aures, & undequaq; corpus male affici. Cō-
 fidat, Christus resurrexit, resurgemus & nos, & renouabi-
 tur ut aquilæ iuuetus nostra. In posterum tuti à morbis, tu-
 ti à periculis, tuti à malis omnibus, uiuemus etiā nos im-
 mortales & impassibiles. Grauatim fers, q̄ tumultuantur
 intra te impugnantium cogitationum populi, lacescit am-
 bitio, titillat libido, accendit ira, irritat odium, inuadit ha-
 bendi cupido, prægrauat tristitia. Ne turberis, hic potissi-
 mum medetur resurrectionis sacramentum, in nouam ui-
 tam nos inducens, ad quam Christus uocat. Parum erat
 Christo uincere, nisi ut omnia, ita & hoc nobis concedere-
 ret. Ad orturi itaq; hostes, apprehendamus arma lucis, scu-
 tum fidei & ueritatis: Exemplo Christi nos geramus, cru-
 cifigentes terrena hæc mēbra, & cottidie gloriosam uicto-
 riam reportabimus. Militandum aliquādiu, sed leui digla-
 diatiuncula: modo persuasum nobis sit, uana, stulta, atq;
 instructuosa esse omnia, quæ stupet mundus. Haud opus
 est,

est, ut tui causa uerbum denuo caro fiat, crucifigatur, resur-
gatq; iterum Christus. Tam recentia in oculis nostris be-
neficia hæc esse oportet, ac si nunc fieret. Quod si nunc om-
nibus uiribus aduersarius in nos insurgeret, & ad liberan-
dos nos iterum cruce figeretur Christus, quis tam imbecil-
lis, qui tanto adminiculo hostem non profligeret? Atqui
non minus fides & memoria huius beneficii cõfert, quàm
si ab integro præstaretur. Dicit enim Apostolus: Ne dixe-
ris in corde tuo: quis ascēdet in cœlum? hoc est Christū ex
alto deducere. Aut quis descēdet in abyssum? hoc est Chri-
stū ex mortuis reducere. Si enī cõfessus fueris ore tuo domi-
num Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus illū exci-
tauit à mortuis, saluus eris. Hodie nobis coronā in manū
(ut ita dicam) dedit, tam certa est: patiemur eam per desi-
diam ab hostibus nobis eripi? Multa hic quidem opportu-
ne dici possent de mysterio tridui: sed curandum ne euage-
tur sermo, dicenda tamen aliqua, utpote necessaria. Quæ
si opere neglexerimus, nequaquam dominicū pascha cele-
brabimus in nouitate uitæ, ut oportet. Igitur in Exodo le-
gimus: Eundem ex Aegypto, iter trium dierum in deser-
tum, à perturbationū tumultibus semotum, ad immolan-
dum sacrificiū deo nostro. Id nobis per omnē uitā agen-
dum. Aegre nos dimittet Pharaon Tyrannorū durissimus:
proficiscendum tamen, etiam inuito illo. Itaq; die primo
cum Christo nobis moriendum est peccatis, malisq; con-
cupiscentiis. Deinde secūdo die attumulandi sumus Chri-
sto, id quod baptismus noster signat, ut sepulti comprobe-
mur uere mortui mūdo: cuius uanitates, iudicia, & gloria

B iii

Sophismata

ita contemnantur à nobis, ut penè ignorentur, nosq; ita mundo fordeamus quasi mortui. Post hoc biduum aderit hæc resurrectio, ut prædictum per Oseam prophetam: Post duos dies uiuificabit nos, & die tertio resuscitabit, & uiuemus in conspectu eius, & sciemus, & sequemur dominum. Olim, ut apud Origenem uidere licet, cathecumini hæc docebantur, ut ea per omnem uitam meditarentur. Nunc de his meminisse minus theologicum, sed (ut aiunt) begutticum habetur: tam adobruti sumus sophismatis et anilibus traditiunculis. Aliam enim tridui allegoriam afferunt, cui longe plus tribuunt, quam ei quam nos ex sententia patrum proposuimus. Pœnitentiæ enim uiam contritione, confessione, & satisfactione emetiuntur: cum tamen perfectis his tribus, non semel nec unius iter diei cõficiatur. nempe ubi fidei aut spei iactura est, possunt enim ea abq; fide haberi, & sepe unum horum tridui itineris compendium est, forte & sine tribus illis, ut ab ipsis definita sunt, quò tendendum est, perueniri potest. & quid inquam forte? Fides uera etiam sine alio opere saluat. Hier. super Ionam, reprehendens lxx. quorũ authoritatẽ subinde defensat, quod pro quadraginta uerterint tres dies, cõstanter negat ternarii mysterium conuenire pœnitentiæ, quam tribuit quadragenario. Ternarium autẽ potius cognitioni trinitatis seruire asserit. Et satis aperte loquitur Hieronymus, de quibus pœnitentiæ operibus sentiat. Planè ad pœnitentiam euangelicã, quæ in abolitione ueteris, & innouatione interioris hominis consistit, quæ & optima est pœnitentia, triadis, quam diximus, mysteriũ pertinere, nemo doctus nõ libens

libens amplexatur. Atque adeo amplexanda est per omnem uitam meditatio hæc. Semper enim debemus mori peccatis, quæ in peccatrici carne nostra singulis momentis pullulant. Semper consepeliri debemus Christo, uere nos assimilantes Christo, & mortuos mundo comprobantes. Semper denique resurgere debemus cum Christo: ut cum exterior noster homo cottidie corrumpitur, interior de die in diem innouatur. At hic negocium nobis faciunt Sophistæ, & euāgelicam hanc sententiam tanquam minus catholicam, minus uere tolerabilem exhibent. O Christianos, prima Christianismi elementa obscurari cupiunt, quo suis dogmatis constet authoritas. Quid enim insipienter dictum, & minus uere: Pœnitentiam optimam, uitam nouam? Afferant ipsi meliorem. An ulla res est, qua deum ita glorificamus, ut uita noua? Aut ego illos non intelligo, aut necessario confitebuntur, pœnitentiæ, quas illi ponunt, partibus etiam conuenire nouam uitam. An non innouatio est uitæ, ut cōtritione displiceat, & abominabile fiat, quod usque adeo antea placebat? An non sapit nouitatem, qui humiliter peccatorem se accusat confitens, qui antea peccatis gloriabatur, uel ea accusabat? Et quid tam nouum, atque eius eleemosynas largiri, castigare corpus ieiuniis, euehere mentem precibus eos, qui antea scortatores, & prædones alienarum facultatum erant, quod satisfactione præcipitur? Dicant obsecro, an non conuersio peccatoris à uitiis suis ad deum, ut prophetae solent loqui, sit uera pœnitentia? Et quid id aliud est, quam studere nouæ uitæ? Quid igitur reliquum, nisi explosio nouæ uitæ studio, & pœnitentiam ueram eici? Phar
maca

maca ista quæ narrat, hellebori uice sunt πρὸς τὸ μετανοῆσαι
 & ad pœnitentiã quæ in euangelio prædicatur. Quod si
 quis absq; istiusmodi medicamentis resipisceret, & repen-
 te nouo homine uestiretur, is mihi non tantum euangeli-
 ce pœnitens, sed & aliis difficiliore cura conualescentibus
 longe felicior uideretur. Nec dubito, quin hac ratione diui-
 næ iustitiæ, cuius tanta est misericordia, satisfieret. Tãti mi-
 hi probatur innouatio uitæ, utcunq; hypocritæ ferat. Qui
 ne sibi dissimiles sint, inuocatis Regibus & Episcopis, per-
 suadent quibuscunq; coloribus & fucis, ut statuatur, ne quis
 optimam pœnitentiã asserat, nouam uitam, & non ite-
 rare peccatum. Eos tum audiemus, cum Euangelium no-
 bis in nauseam uertetur. Ignoscite, penè succensuissem, &
 aliquantulū ab argumento læto recedens, non habuissem
 suum diei festo honorē. At male hoc illis uertatur, aduer-
 sus quos hæc dicta: nam quantū in ipsis est, quæ nobis ma-
 xima iucunditatis causa est, uel minueretur, uel tolleretur:
 siquidem mysterium huius tertii diei ignorari faciūt, & no-
 uitatem uitæ minus cōmendant. Cæterum nos lætemur &
 exulemus. Surrexit Christus, & infulsit lux uera, quæ splē-
 dore suo etiam has tenebras dispellet. Illa nunc columna
 lucis nos in hoc deserto præcedat, donec transito Iordane
 promissam uiuentium terram in pace inhabitemus. Reli-
 cta sit Aegyptus, summersi sint hostes. Tertio hoc die cãte-
 mus domino canticum nouū. Epulemur in azymis synce-
 ritatis & ueritatis. Christus sit pascha nostrū. Cœlestibus ci-
 bis uegetemur, & infatigabili studio certemus gaudiis, tã
 ob nostra, quàm Christi cōmoda, nihil cedentes, etiã ma-
 ximis

DE PROPHETIA NATA SERMO: 17
ximis patriarchis lætitia. Gaudeamus, quia hodie non est
nobis animus reuertendi in uiam peccatorum, & regredi-
endi in Aegyptum: sed iuuat ambulare in nouitate & san-
ctimonia uitæ, ut seruiamus, & placeamus domio deo no-
stro. Gaudeamus ob spem futuræ nostræ resurrectionis.
Expectamus enī dominū Iesum, qui transfigurabit cor-
pus humilitatis nostræ, ut conforme fiat corpori suo glo-
rioso. Sed maxime omniū gaudeamus in Christo Iesu ca-
pite nostro, q̄ triumphator mortis, & assertor immortali-
tatis resurrexit: & accepit nomen super omne nomē, gau-
dium super omne gaudiū, claritatē super omnē claritatē,
beatitudinem super omnem beatitudinem. In ipso solo
sit gaudium & exultatio nostra. Ipsi soli sit omnis honor
& gloria. Amen.

F I N I S.

C

18 IN VERBA SANCTI THOMAE APOSTOLI, DO-
MINVS MEVS ET DEVS MEVS, SERMO
IO. OECOLAMPADII, BIRGIT-
TANI NOMINIS MONACHI.



Thomas iam non incredulus, sed obaudiens uerbo domini: nec iam minus numinis plenus tactu diuinarū cicatricū, quā undecim ceteri dominici oris spiritu, pristinam suam credendi tarditatem egregii speciminis dicto compensat. Ita fides magnitudine sinapis granum nondum excedens mira facit ac loquitur, & in cunabulis adhuc uirilis est ac magnanima. Videor mihi uidere heroē uultu festiuum, sermone iucundum, cuius prae cordia ineffabilibus gaudiis saliant, gestiantque aliquid ultra hominē loqui: & demiror, quod non detrectat officiū ut Baptista, quod non reluctatur ut Petrus, quod non in faciem cadit ut Manue & Ezechiel: rectius mirari deberem, si uel nō subsisteret, uel non loqueretur, cum intima cordis illius penetrabilia tacitus occuparit, qui foris absconsa diuinitatis maiestate familiariter alloquitur: & qui foris affatur, intus se digna, nobisque conducibilia loqui docet. Ait autē: Dominus meus & deus meus.

Verba quidem haec pauca sunt, & multum etiā in colloquiis nostris tā prophanis quā sacris obuia. Nemo tamen ideo ea sensu uel exigua, uel proletaria existimet. Sūt & in cottidianis cōfabulationibus nostris multa:

ta: quæ si bene attenduntur, frugifera simul fuerint ac iucunda, nimirum, quæ ex eis ceu è spiritualibus aromatis, quæ conteruntur, bonus odor redolet, et spiritu blanda quadam suavolentia recreatur. sin ea labiis solis emurmurentur, fiunt non semel ex utilibus inutiliora quam amaracinum porcis, ex sanctis prophana, ex preciosis perniciofa. Proinde loquamur sancta sancte, & preciosa capiamus attente, & utilia conseruemus caute. Non mihi ualde curæ est, quam suaviter moduletur guttur, quam prodigiöse arrigatur aures. Defecatum ac pium pectus, in quod influant, uel unde effluant uerba sancta, ut merentur, oro, inueniant. Parum condonabile habetur piaculum, Crucis signaculum, & dominicæ passionis monumentum, in puluere cœnœ describere uel collocare, id quod et Imperatoriis legibus est cautum. Cur non & sacrosanctis nominibus, non infidelius deitatis memoriã referentibus suis seruetur honos? Nihil ne crimen erit, ea ad quæ enarranda sese etiã angeli indignos iudicant, natare in pollutis labiis, & prurientibus auribus animæ maleuolæ, nullasq; alias præter terrenas sordes et obscœnitates meditantis? An non & domino teste, uasis putridis mustum male congruit? Planè blasphemiam pars est, cum licet ueneranda sanctorum nominum appellatione, iuxta primum præceptum in uera fide ac charitate adorare: & permittimus contra secundum præceptum ea temere & inuanum, uel ex ore elabi, uel aures præterlabi. Verum operam dabitur, ne apostolica uerba quæ diximus, tametsi multum usitata sint, tam misere pereant apud nos, imò quo frequentiora, hoc ea accuratius obseruabimus. Occurrunt autem

in sacris, in psalmis, in salutationibus, in precibus & alijs.
Auscultate igitur si forte inueniat semen terram, in qua fru-
ctum faciat centuplum & perfectum, nempe salutis: ita
enim precor & opto.

Audiui olim ea quendam sic enarrantem & distinguē-
tem. Thomas cum ait, Dominus meus, humanā in Chri-
sto naturam testatur: cū uero adiicit, Deus meus, etiā dei-
tatem cōfitemur. Et christiane quidem satis, uerū coactius.
Nihil enim à Valentinianis, qui Christum deum, & nō ue-
rum hominem esse affirmant: neq; ab Ebionitis, qui purū
hominē putāt, hac rationatione eum ceremus. Forte Chri-
stum deum & hominem esse Thomas facto, quā uerbo
magis indicauit. Siquidem Christus ait: Quia uidisti me,
credidisti. Vidisti scilicet ut hominem: neq; enim deum ui-
det homo, & uiuet. Credidisti, ut deum, qui fidei ænigma-
te cernitur. Itaq; Christum confessus est esse hominem ui-
dendo, deum autem credendo. Præterea nulla religio ue-
tat nomē Domini deo ascribere: neq; scripturæ mos est,
ut primum creaturæ attribuatur. Sexcenties in ueteri Testa-
mento reperies iungi duo hæc uocabula, Dominus & De-
us. Et cottidie confitemur, Dominus pater, Dominus fi-
lius, Dominus Spūscū. Quod si hoc quis Tetragrāma-
ton existimet dari, quod per nomen domini interpreta-
mur, tametsi aliud significet, concedere cogetur etiā uulga-
tum nomē domini אלהים deo assignari: quod & ipsū in
mysterio pluraliter legimus apud Malachiā sic: אלהים ארונים
im edonim aniaie morai. Si domini ego,
ubi timor meus. Ita hæreticus ueram humanitatē Christo
detra

detrahere uel præter participatū, ut puro homini, nihil dei-
 tatis permitteret. At nos ad alia in propolitis uerbis specta-
 bimus, idq; biphariam. Principio de uerbis singulis loque-
 mur seorsum, è quibus eminentia dei, & nostra humilitas
 colliquescet. Deinde in oratiunculā totā declamabimus, si
 forte id sanctificatiōi affectū nostrorū cōducat. Videamus
 giitur ordine, quid innotescere nobis debeat, cum dicitur,
 Dominus, uel Deus, uel meus. Multum per omnia refert,
 si uerba primum bene expēdimus. In arcanis literis haud
 credo aliud nomen obuium, quod mysteriis magis abun-
 det, quod authoritate sublimius sit, quod hostibus nostris
 terribilius, quod deum uere timētibus gratius sit, ac uene-
 rabilius, quàm hoc nomen Dominus. Excellentissimū enī
 est, sed & occultissimum, maxime proprium, sed minime
 enunciabile. Est id in sacris annalibus et oraculis Hebræo-
 rum quatuor literis יהוה longe aliud, & sublimius
 quiddam significātibus frequenter insertum. Visum tamē
 est ad pietatis frugē facere, si quatuor illæ literæ secretioris
 mysterii alieno noīe legerētur: nempe per Edonai, quod
 interpretatum sonat Dominus, ut præ omnibus timere-
 tur: non ut quidam opinantur, tyrānico uocabulo, dei cul-
 toribus afferrente timorem ignauū & seruilem, qui longe
 est à sanctis et angelis, utpote per charitarem expulsus, sed
 reuerendum, liberalem, sanctum, castum, & dulcem, quiq;
 excellens charitatis sit gradus, quo non meta uerberū, neq;
 spe præmiorum, sed puro amoris affectu formidatur, ne
 qua parte feruor dilectionis intepescat. De quo Esaias: Di-
 uitia salutis sapiētia et sciētia, timor domini ipse thesaurus

eius. Et David: Timete dominū oēs sancti eius. Et de cœlestibus potestatibus legimus, qđ tremāt. Et saepe cognominatur deus, Dominus Zebaoth, cœlestiū scilicet exercituū. Vnde & ipsum nomen in lunula aurea summus sacerdos scriptum in fronte ferebat. Et ex eo descendere nobile nomen Ihesuh uolunt, addita crassa litera Ψ , quod apud uos S ualet. Non uacat tāti nominis mysteriis immorari: sufficiat, quod eo admonemur summæ, immensæ, ineffabilisq; diuinæ maiestatis. Esto autem nomine Domini, aliud diuinum nomē proponatur, quod etiā Hebræis dominum sonet, ut uocabulum אֲדֹנָי adonai: nihil tamen minus humiliusue, quā si superius in originariis exēplaribus positum esset, imaginari debemus, etiam si in cottidiano colloquio incidat eius mentio. Est enim & tum per oīa augustū et uenerabile, sicq; haberi habet. Itaq; ubi ubi obueniat, & si nō corporis, certe genuū cordis humilima inclinatione excipiendum. Quā uellem autē animo obuersari semper. Pudeat nos tam adulāter, & ad idololatriā usq; personatis, & uix dialibus regulis ac tragicis pontificalis hominum, neq; optimis, neq; felicissimis inclinari, & obuolui: audire autem & legere nomen domini, perinde nihil ad nos pertineat: cum eius domini sit cœlū & terra, et plenitudo eius, sint ppria omnia, nulliusq; alterius: & ne minimum quid habet ulla creatura, quod ab eo non mutuarit, reddendū, uelit, nolit, ubi repetierit: eius sit omnis autoritas & potestas, uitæ & mortis, temporum & seculorum. Vere dominus dominorū, dominus Zebaoth, qui solo et unico cogitatu plus efficit, quā creaturæ oēs cogita-

cogita

cogitare ualeant. Nec minus menti infideat, quoties deū nominari audimus, unus ac idem est: nihil refert, si quādiu hic uiuimus, multis noībus appelletur, quibus mens nostra fragilis ut adminiculis quibusdā in eū surrigat. Sūt qui & hic ingenui timoris, qui græce θεός dicitur, admo-
nent, quasi græcis θεός hoc signet. Dionysius uero prouidentiam diuinam nobis commendat, quæ prospiciat cuncta mira bonitate, circumq; omnia currat, & cuncta se repleat. deducit nimirū ἀπό τοῦ θεῶν, quod est uidere, uel etiam ἀπό τοῦ θεῶν, quod est currere. Stet cuiq; sua, dum pia sit, sententia. Hebræi ob alias proprietates, aliis dei nominibus utuntur, ut El, Elhoim, Elhoe, & aliis, quibus fortitudo significatur. Optarim, nos non unā alteramue dignitatem tantum admirari, sed immensum simul innumerabilium thesaurorum pelagus ostupescere: & quæ præsentissima est ac intima rebus oībus, agnoscere summam illam ac primā essentiam absq; colore, absq; figura, absq; liniamētis, absq; corpore, absq; tēpore, absq; loco, absq; motu, imperturbabilem, incomprehensibilem, incomparabilem: ad quā collata omnia, ne harenæ quidem mica sunt: solā inexplēbili mentis nostræ insatiabilitati respōdētē: solam in se beatissimam, nullius externi uel indigā, uel capacem. Seruiant illi creaturæ omnes, quanto possunt studio, & singulæ quantū omnes: peccent item in illā omnes, & singulæ quantū possunt oēs: nihil illi accedit, nihil decedit. Ita in oībus est, & absolute ob oībus. Atqui parum fuerit id in hūc modū scire. Sciunt & demones, & cōtremiscūt. Et multi dicūt, domine, domine, qui cælos non
ingre-

24 IN VERBA THOMAE, DOMINVS MEVS ET
ingrediuntur. Tametsi eo nihil excellentius homini datū,
inutile tamē est, & quod in malū cedit, nisi & nostra hu-
militatis conscii simus, summoq; bono adhæreamus de-
sideriorum amplexibus, & ardentissimis uniamus affecti-
bus. Sed quid dicimus, dum unde proferuntur hæc uerba
Meum uel nostrum? O misera, o inania uerbula. nec intel-
ligi possunt, nisi sit cui adhæreāt, uel quod possideamus.
Sapiunt planè naturam primitiuorum suorum, quæ sunt
ego & nos. Quæ etiam ipsa per se inflationis uocabula, &
res sunt mirū in modum euanidæ. Quid enim uilius, im-
becillius, nudius, miserius, & peius homine, si deo nō ad-
hæreat, sibiq; ipsi relinquatur? Dic aliquid obsecro, nomi-
ne dignum quod habes, & quod nō sit profectum a deo?
robur? formam? ingenium? uirtutes? corpus? animā? mē-
tem dices? Minime. Aliena sunt, & à deo tibi concessa, &
eatenus bona. Quid nostrū igitur? peccare. Et quid est pec-
care? deterius nos habere, quàm si bene ageremus. Nō er-
go bene, sed male agimus. Malū autem & non ens quàm
sunt cognata? Dissimulemus istud interim, & gloriemur
quasi quæ naturæ nostræ data, nostra sint. Qui sumus?
quàm faucii? Quæ caro nostra? nunc ut flosculus agri, pau-
lo post puluis. Qui dies nostri? umbra transiens. Quæ ani-
ma nostra? captiua in ergasculo immundo, uariis inquina-
ta sordibus, à leonibus rugiētibus, à canibus sanguinariis,
à uiris iracundis, ab aduersariis inquam potestatibus exagi-
tata, impugnata, in arctissimas angustias compressa, Etiā
non faucia subsistere nequit anima: sed uelut aqua fundi
sui, uel ripæ, uel materiæ, quam secum uehit, colorē refert,
aut ue-

aut uelut chamæleon, cui se acclinat, eius speciem induit. Lutei sumus, si luto adhæremus: aurei, si auro: terrestres, si terræ: cœlestes, si cœlo: uani, si uanitati: ueri, si ueritati: denique cacodæmones, si cacodæmonibus: dii, si deo. Nulli alioqui sumus, & miseres quàm si nulli. Et de his satis. Nunc ad iucundiora pergimus, quomodo & nos dicamus, non solum dominus, uel deus, sed complexim, Dominus meus, deus meus. Ut sit deus ipse in quo uiuamus & subsistamus. Deus ipse sit hæreditas nostra, diuitiæ nostræ, possessio nostra, portio nostra. O ineffabilem gratiam, unde hoc nobis ut tam uiles, tam miseri, tam perditii hoc dicentes, summo nobilissimoque deo uniamur? Undenam? an ex meritis? sed ea nulla sunt: & si qua, Dei sunt, non nostra. an ex natura? sed ea peccatrix est, & meretrix illa apud Osee uel Ezechielem, impudentia nihil cedens synagogæ. Quod unde ergo? Ex gratia, puraque gratia. Non eramus populus, nunc sumus populus: non eramus dilecti, nunc sumus dilecti. O bonum deum, non solum post se, sed in se trahit: qui per nos nec adhærere ei, nec sequi eum poteramus. Filius eius homo factus est, & noster esse cepit: ut posset unusquisque nostrum fidenter dicere: Dominus meus, deus meus. quàm copioso sanguine, quantis doloribus, quàm acerba & ignominiosa morte nos redemit, & ad se traxit? Exinaniuit se, ut aliquid essemus. Exiuit à patre, ut ad eum nos reduceret. Factus exul, ut faceret ciues, Factus miser, ut faceret beatos. Hodie incredulos nos accedit, & iubet uidere manus, & palpare latus suum. Accedamus fidenter cū Thoma, tangamus, amplexemur, oscu-

D

lemur eum. Exclamemus in gaudio: Tu es dominus meus, deus meus. Confiteamur coram aliis confessionem salutis. Viuit, resurrexit, adest, benedictus sit dominus meus, deus meus. Dicamus cum Dauid: Mihi adhærere domino bonũ est. Valeant omnia alia, quæ in cælo & in terra. Maledicti sunt dii alieni, quos hæctenus sequuti sumus. Erubescant & cõfestim in fugã uertatur, qui quæerunt aias nostras, qui dicunt nobis euge euge. Ne sint amplius mea, quæ uere mea. Perdã te ò mea supbia, mea hypocrisis, meus torpor, mea ingratitude, mea libido, mea ira. Amittam obsecro oia illa mea, ut teneã te Dominũ meũ, deũ meũ. Quis mihi det te fratrem meũ sugentẽ ubera mea? ait sponsa. Quãto nos feliciores, cui se pmittit tam liberaliter? Doleo amici, et multũ doleo, quoties meũ cogito, quãtũ in affectu teneitudine oia præter deum nostra uocemus. Irrisit quispiã, obrectauit, calumniatus est. Quanta nascitur tragœdia? meum honorem denigrauit, meam gloriam sordidauit, meum nomen bonũ turpauit. At blasphematur deus, conculcatur fides, periclitatur ueritas, Non est qui reclamet. Item esuriendum aliquantisper, dispertiendũ in egenos stipites, secedendum ab amicis, alienæ sententiæ mos gerendus, migrandum ex hac uita. Quãtũ desperate, quãtũ muliebriter eiulatur. Meam hanc amicam carnẽ ita affligam & conficiã? opes meas tanto labore partas, per tot annos collectas, ita profundam? Amicis meis dulcissimis dicam triste ualere? Meã uoluntatem euiscerabo? meã hanc uitam morte cõmutabo? Utinã possem in solidum dulce hoc nomen meũ, & inuisissimã omniũ Philantiã abolere, nihilq;
aliud

aliud præter Christū ipsum suauiter uocare meū. Quid me
 beatius: Utinā beatitudo hæc cōtingeret oibus nobis. Hæc
 esset sanctissima paupertas, imò locupletissima diuitiæ. Vt
 hunc thesaurū possideamus, distractis oibus illis pessimis
 nostris, emamus agrum euangelicum, in quo latet. Aduer-
 sus omnes qui hunc nobis auferre moliuntur, arma corri-
 piamus, in aciem progrediamur. Heu nos miseros, intra
 nos habitant & grassantur prædaciissimi latrones, intesti-
 no bello uexamur. Timor, amor, spes, gaudium, tristitia.
 cæteriꝫ principes alienigenarum nos pessundātes, faciūt
 ne fidenter dicamus: Dominus meus, deus meus. Quia
 nihil ex æquo, uel supra eum, cum eo, sed omnia in eo, &
 propter eum possidere oportet. Vere beatus quisquis uere
 hoc dicit: Tu es dominus meus ò Christe, tibi seruiō, te co-
 lo, te adoro, in ueritate & spiritu, in lætitia & exultatio-
 ne. Tibi soli mancipatus ero omnibus diebus uitæ meæ,
 te solum diligam, quæram & sequar. Nihil illi triste, nihil
 asperum, nihil aduersum. Peccata superioris uitæ non du-
 bitat, quin condonarit, à quo tantorum tyrannorum ser-
 uitude liberatus est. Insurgunt prælia, tempestates, persecu-
 tiones, fames, inopia, morbi, amicorum perfidiæ, atq; ad-
 uersa alia: est quod leuia faciat omnia. Sufficit Christiano,
 quia Christus dominus suus, & deus suus. Sed neq; in po-
 sterum timet, quo cōturbetur, ne dicam quo offendatur.
 Diabole, mors, inferne, non est quare nos timeamus. Si-
 quidem Christus dominus noster, & deus noster, qui nos
 saluabit. Nihil usquam est formidandum. Qui crudelissi-
 mus est, Leo ille rugiēs, captiuus noster erit. Virga potesta

D ū

IN VERBA THOMAE, DOMINVS MEVS ET
tis domini nostri ipsum cademus, quāuis paruuli simus.
Quæ terribilissima omnium mors, nobis lucro erit. Per eam
assequemur, quod nunc speramus & desideramus. Atque adeo
cum deo placuerit, optatissima adesto, ut in perpetuum indi-
uulsi conuiuamus dilecto nostro. Quæ amoenissima mun-
di, quanto clarius à nobis agnoscuntur, tanto fastiditiora
sunt. Et ut mali timendum nihil, ita Christo domino Re-
ge & deo nostro polliceri debemus nobis optima quæque.
Opes immarcescibiles nobis repositæ. Amicos & chario-
res & iucundiores inueniemus, etiam quos hic in Christo
diligimus. Alia cantica resonabunt, alia citharæ & psalte-
ria, alia sabbata, alia festiuitates erunt. Beatius conceden-
tur omnia. Et quid multis? Christus ipse erit incolumitas
absque imbecillitate, formositas absque macula & decore, ho-
nor absque ignominia, patria absque exilio, uoluptas absque
amaritudine, lux absque tenebris, satietas absque fastidio, mer-
ces, expectatio, pax, securitas, beatitudo: & in summa,
Christus erit nobis omnia. Idcirco ne mereamus, ne gra-
uatim feramus leues huius seculi tribulationes. Dicamus
unusquisque animæ suæ: Quare tristis es anima mea? quare
conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor il-
li. Dominus meus, & deus meus es tu. Confiteamur non
solum ore, sed & toto corde: non solis uerbis, sed & spiritu
mentis: non simulate, sed tanquam Christo ipso presente: quem
fallere non possemus, etiam si abesset. Et quomodo serui-
mus tanto domino? Faciamus uoluntatem suam. Et quæ
nam uoluntas sua? sanctificatio nostra. Et quomodo san-
ctificabimur? Si abstinuerimus nos ab inquinamentis hu-
ius secu-

ius seculi: si obstiterimus antiqui hostis incursionibus, si expugnauerimus concupiscentias carnis, si domitis affectibus mentem in deum subuexerimus. Tum certa spe dicemus: Tui sumus, & dominus noster es tu, & non alius. Honor tuus, & quæ tibi beneplacita sunt, in nobis perficiantur semper. Amen.

FINIS.

IO. OECOLAMPADIVS BERNARDO ADELMANNO
de Adelmansfelden, Canonico Augustensi, Patrono &
amico suo Salutem in Christo.

More patrio redeuntem te ex thermis excipere cupiens donario aliquo, quia in promptu nihil aliud est quod offeram, uellem sermonem hunc, ne munusculi quidem nomine dignum, muneris loco habere digneris. Cuius argumentum si tibi arridet, ser ut tuo patrocinio illustratus, alijs quoq; comunicetur. Aut salutem gratulationis officium animo meo non deesse tibi persuade. Saluum & fratrem tuum opto. Vale ex monasterio diui Altonis.

D iii



Voniam semper in iuge sacrificium, & in spiritale cōuiuū, hodie autem in singulare etiā festiuae celebritatis gaudiū profertur nobis thesaurus ille omnium longe preciosissimus, & modis omnibus incomparabilis, sacrosanctum inquā corpus domini nostri Iesu Christi. Ideo sedulo nos omnem operam adhibere decet, charissimi, ne Salomonis parabola in nos tanq̄ insipiētes dicatur: Quid profunt opes stulto, cui non tantum mentis ac industriæ ut eas possideat? Vel illud è triuio: Quid porcis cum amaracino? imò euangelice, Quid porcis cum margaritis? aut ne ab Apostolo (quod auditu durius) arguamur, tanquā rei corporis & sanguinis Iesu Christi. Cauendum nobis planè. hinc enī est, quare periclitētur pereatq̄ inter nos non pauci, iterum teste apostolo, nam ait: Propter hoc inter uos multi imbecilles & inualidi, & dormiūt multi. Nec mirum. Est enim mysterium, et arcanissimum, multis ad opertum uelaminibus, & quēuis humanæ mentis captum transcendens, maleq̄ purgatis pectoribus perniciose antidotum. Nunc nobis de eo (ut præsens festiuitas, & uestra desyderia requirunt) sermo erit, uos attentis auribus & animis fauete.

Igitur mea, imò piorum eruditorumq̄ omniū sententia,

tia, cum in oibus aliis, quæ uel docuit, uel instituit legislator noster Iesus Christus, tum in hoc mysterio, ualde opere precium fuerit, diligenter memoria repetere, omniq; studio amplexari: nõ quod primum nobis obuium, & quod pleriq; solent, sed quod Christus ipse spectarit, & à nobis expectat maxime. Vereor autem (ut in rebus penè omnibus est ordo præposterus) q; in hoc sacro uix à paucis uerus scopus attingatur. Etenim cum tria hic spectanda sunt: Primum sacramentalium symbolorum panis, et uini usus legitimus; Dein debitus præsentì Christo cultus; Postremũ mystica incorporatio, et corporis mystici per panẽ, uerũq; Christi corpus commẽdati cura: cumq; in his sua cuiq; debetur obseruantia, quotusquisq; est, qui non in aliquo horum peccet? Inuenies enim perquam multos, qui pijs opinionibus, studiis, & ceremoniis haud parum occupantur, quoties pius ille ritus celebratur: at non quanta oportet fide Christo charitatẽ proximo afficiuntur. Inuenies itẽ aliquos, qui in sacramentorũ usu uidentur capiti satis religiose acpie adherere, membra uero ne agnoscere quidem: hoc est, totos adorationi Christi deditos, fratres autem negligere, & nõnunq; odio insectari, & propterea Christum nõ tam adorare, quàm irridere. Vides præposterum ordinem? uides synceram charitatem tanti mysterii scopum nõ curari? Nos de tribus illis ordine, & quod ad rem pertinet, dicemus. Primum de sacramentali obseruatione, quid scilicet de pane, uinoq; sentiendũ, & qua puritate ad mensam hanc accedendum.

Itaq; hic insigni quadam & columbina simplicitate nobis

bis

bis opus est, ita ut à curiositate quàm maxime alieni simus,
 omnipotentiae uerbi dei, & non imbecillitati mentis no-
 strae fidem adhibentes. Curiositas nostra semper deo ingra-
 ta, & ubiq; periculosa, ita hic periculosissima. Debiles ocu-
 los excæcat sol inspectus. Scrutatorem maiestatis pessun-
 dat excellens claritas. Frustra laboramus addere cubitum in-
 tellectui ad mensuram à deo concessam. Mens nostra fœ-
 deris arca est, non integro, sed dimidio cubito absoluta.
 Terminos quos trāsgrēdi non licet, etiam animorū mon-
 tibus & collibus deus præscripsit. Siue rationis cacumine
 exaltati simus ut colles, siue superexaltati ut montes, extra
 præstitutos limites expatiari non licet. Quocirca simpliciter
 & absq; hæsitatione credamus adesse & contineri sub
 hoc pane uerum corpus, sub uino autem sanguinem. Suffi-
 ciat nobis tantillum noticiæ, quatum ex sacris literis hau-
 timus. Alioquin in ministeriū fidei intellectus noster man-
 cipetur. Quomodo is qui ad dexterā patris residet super
 cœlos, sit & in altariis uere præsens, quia nobis impossibi-
 le cognitu, ne turbemur, ne simus frustra anxii. Tenet om-
 nipotens sedem maiestatis suæ in cœlis, & hic mysteriis &
 fidei nostræ non deest. Et uultus mei lineamenta à me nō
 transeunt, integra tamen, & in multis relucent speculis.
 Qua ratione Basilius mysterium hoc ἀντίτυπον, hoc est
 exemplar scite uocat. Cæterum panis uiniq; substantia an
 esse desinat (per se subsistentibus accidentibus uel per quā-
 titatem) an in corpus Christi transeat, & conuertatur: an
 Christum ita contineat, ut simul adhuc quod uidetur esse,
 sit, diciq; debeat panis, nihil ad nos, de eo litigent ociosæ
 scholæ

Scholæ. Quid si ignoramus, quomodo in carnem Christi
 panis hic conuertatur, cum non capimus quomodo pa-
 nis communis, quem domi solemus edere, transeat in car-
 nem nostram? Quid si obtusiores sensus nostri & stupēt,
 si negetur aboleri substantia, nec detur accidentibus absq̄
 corpore locus & subsistentia, sed manente panis substan-
 tia dicatur uere adesse corpus Christi? Quid inquā mirū?
 siquidē & ignoramus, quomodo saluis uirginalibus clau-
 stris æditus sit puellus Christus: aut quomodo obseratis
 ianuis cū resurrexisset, ad discipulos sit ingressus. Nihil in-
 quam ad nos, utut hæc fieri possint. De sacramētis rogasse
 per incredulitatem quomodo fieri possint, quā dura re-
 sponso mereatur, satis nos admonent exempla: Nicode-
 mi nō capientis regenerationis mysterium, & Iudæorum
 corrixantium, quomodo hic nobis potest dare carnē suā
 ad uescendū. Nobis angelus satis faciat, qui sciscitanti Ma-
 riæ ait: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi
 obumbrabit tibi. Nam & hic constant oīa efficacia uirtutis
 dei, qui dixit & facta sunt, qui & quæcūq; uoluit fecit, tam
 in cœlo q̄ in terra. Ne sit ergo locus curiositati. Esto enī pa-
 nis uinumq; sit maxime: nos hic nihil minus q̄ panem &
 uinum quærimus. Non hic petimus, quod cibet & pascat
 corpus, sed quod reficiat & saginet animum. Non hic cu-
 ræ nobis uisibilia, sed inuisibilia. Quod adoramus, quod
 esurimus, quod oculis mentis & fide spectamus, non mi-
 nus uidet Homerus quispiam oculis captus, quā Lyn-
 ceus. Insipientum fuerit hinc inde ab ara ad aram discur-
 sare & tumultuari. Panis ille post consecrationem siue sit,

E

siue non sit triticeus, nobis certe non est triticeus, sed coelestis: siue fermentatus sit, siue infermentatus, nobis certe ^{ἔσθιον} Pascha est Christus. Præterimus hic omne quod altario minister intulit: & in eo solo moramur & hæremus, quod cœlitus adest, & spiritus sanctus benedixit & sanctificauit. Qualiscūq; est, nobis duntaxat figuræ & signi uices gerens, uerum Christi præsentis corpus uelamine quodã obtegit. Non dico figuram, & typum tantum, ut sacrificiũ Abel, ut oblationem Melkizedek, ut agnum paschalem, manna, panes propositionis, subcinericium Helia, & cæteras ueteris testamēti figuras. Absit id blasphemiam, ut tantum tribuamus umbræ, quantum luci: & ueritati, & figuris illis, quantum huic sacrosancto mysterio. Panis enim hic nobis non tantũ signat, sed est corpus ipsum domini. Habemus in hoc fidẽ Christo ueritati primariæ, quæ fallere nequit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est enĩ corpus meum. Carnẽ itaq; & sanguinẽ Christi adesse & contineri simpliciter fatemur: quo pacto autem, non exploramus, siquidem nec necessarium, nec utile. Non cuiuis Ozæ prophanis manibus arcam attingere, neq; quibusuis propius fumigabundum montem accedere datum.

Reliquũ, quod religioso silentio & admiratione mens suspicit ac ueneratur, sanctis, reuerētibusq; adorationibus tum internis, tum externis gestientes excipiãt affectus. Affertamus ad hæc sacra animum castimonia purum, et corpus omnis immundiciæ expers. Ritus ille moribus compositis, & ornatu, qui christianam decet modestiã, celebretur. Siquidem benedicta sanctificataq; omnia non nisi sancte
& reli

& religioſe tractāda: quāto magis id quod à domino conſecratum, & ita conſecratum, ut ipſemet qui conſecrauit, aſſit & colatur. Vnde ſi quid indigne admiſſum, procul du- bio id omne in contemptum & iniuriā Chriſti cedit. Qua propter non abs re patres in eos, qui minus rite operātur, pœnas decreuerūt. Quiſquis enim in his tantis ſupinus & incurius fuerit, certum eum in nullo unquam opere bonæ frugis futurum. Atqui Chriſtus de ceremonioſo ritu nihil demandauit: nimirum ſublimiora nobis commendans, quorum comparatione uſus huius ſacramenti, & reueren- tia ei exhibita, noſtrāq; ſtudia in præparandis animis per confeſſionem, ieiunia, atq; alia, inter minuta computen- tur. Non q̄ hæc aſpernāda, ſed q̄ nulla ratione intermittē- da ſint maiora. Quare Origenes in Matth. aſſiduitatē con- municationis inter decimas cymini, mēthæ. & aneti, quæ offeruntur à Phariſæis, enumerat. Maiora enī opera, à qui- bus nunq̄ uacandum, ſunt iudicium, miſericordia, et fides. Hinc etiam, q̄ nō uniformis ritus, nec eadē ceremoniæ in eccleſiis omnibus ſunt, multa q; annis poſterioribus im- mutata ſunt, & immutātur. Olim adhuc uiuo ſancto Hie- ronymo, in priuatis domibus māducabant corpus domi- ni: hodie piaculum, ſi quis nō in templo, aut ab altario tol- leret, niſi iſfirmitas neceſſitaſue alia ſecus cogat. Olim poſt cœnam communicabantur, & præſertim in die Cœnæ do- mini, id quod & tempore Carthaginēſis Concilii adhuc obſeruatum. Hodie non licet bene habētibus, niſi ieiunos cœleſtē hunc panē capere. Olim quotidianum erat, hodie uix anniuersarium eſt. Magnum proſecto emortuæ chari-

E ū

tatis argumentum, & horrendæ ingratitude indicium. Proh dolor magna ex parte huius mali sacerdotes atheserferuntur: & quorum erat ad frequentandam hanc mensam sanctam, piis exhortationibus cõuiuas uocare, illi ipsi repulsa contristant auidos, immodicèq; desyderâtes, arcentq; immerentes, & canonicis pœnis nullis interdictos, rursusq; paschalibus diebus perditissimos hoïes unâ cum sanctis indiscriminatim excipiunt. sed ferat quisq; suum iudicium. Olim non auro, argento uel libabatur hæc mysteria. Dicebat enim Petrus: Aurum & argentum non est mihi. Quin & Exuperius Tholossanus Episcopus, & martyr corpus Christi in uimineo canistro, & sanguinem in calicibus uitreis ægrotis afferebat. Hodie prope primaria cura est, ut uasa preciosa sint & pura: animorum non eadem cura. Pro pascendis famelicis, & redimendis captiuis distrahebantur olim, si quæ erant preciosa: hodie pauperum inedia crescunt ecclesiæ opes, & in nullos minus quàm quorum sunt dispartuntur. Olim sub utraq; specie communicabant, qui mos haud facile reprehendendus, adhuc apud nationes aliquas durat. Hodie apud nos Laici sub pane duntaxat tãti mysterii participes sunt. Quid quod sub una tantum panis specie pontificum permissu apud Septétrionales quosdã sacra fieri tradunt. Patet nimirũ ex his, pietatis summã neq; in sacrificiis assiduis, neq; reuerẽtia, quæ tãtis mysteriis iure optimo impeditur, cõstitutam, sed fide in Christũ, charitateq; in proximũ. Misericordiã ait uolo, nõ sacrificiũ. Ab his igitur ad ea quæ magis necessaria sunt, & quæ secũdo loco dicturos nos polliciti sumus, trãseamus.

Intueamur itaq; propius, quid nam illud est tam augu-
 stum, tam reuerendum, tam inæstimati precii, quod in-
 tra inuolucrum hoc delitescit, ne suo cultu fraudetur. Est pla-
 nè res summa, cæloq; ac terræ admirabilis. Adest enī mar-
 garitum illud, pro quo emendo facultates nostræ omnes
 distrahendæ sunt. Adest pixidicula gratiæ, ueritatisq; om-
 nis plenitudine referta. Adest fructus omnium nobilissi-
 mus, non è terra maledicta, sed benedicta uirgine Maria
 prognatus. Adest de quo dauid ait: Erit placentula frumē-
 ti in terra in capite montium. Vel ut nostri legunt: Erit fir-
 mamentum in terra in summis montium, superextolletur
 super libanum fructus eius. Adest panis uiuus & uiuificus,
 panis qui de cælo descēdit, qui nos in cælos trāssert, quiq;
 cælestes nos facit. Adest hostiarum hostia, holocaustoma
 holocaustatum, fragrans suauitatis odorem redolen-
 tiss. deo super omnia beneplacitum, quo pro peccatis no-
 stris satisfit, quo deo grata quæcunq; grata. Et quid illud sit
 diximus, iterumq; dicimus. Verum est corpus, uerusq; san-
 guis domini nostri Iesu Christi: corpus illud quod in Ma-
 ria uirgine à uerbo in unitatem personæ assumptum, na-
 tum, passum, mortuumq; pro nobis, iterumq; resurrectio-
 nis ac ascensionis triumpho glorificatum. Quid maius di-
 ci cogitariue potest? Corpus Christi adest. Adest cōsequē-
 ter & Christus ipse deus & homo: hūc adoramus, huic ge-
 nua flectimus, hunc desyderamus. Hunc nos laudamus in
 terris, quem cælestes exercitus laudāt in cælis: et quem il-
 li in claritate cōtemplātur, eum nos fide intuemur. Adest
 illis reuelata, nobis uero obuelata facie. Pascit illos, & nos

eodē panē: nec interest inter illos & nos, nisi quod illi con-
 summata beatitudine fruuntur, nos hoc pignori eiusdem
 beatitudinis securi reddimur. Vtriq; Christo incorporamur
 manducando, utriq; in spiritum domini transimus, ne sit
 alia nostra, alia domini uolūtas: nos hic Christiformes gra-
 tia, illi uero alibi gloria: ut nos hic uirtutibus, ita illi alibi
 præmiis Christo cōfigurātur. Veruntamē interim differtur
 nobis felicitas, ut iuste post hanc cum aliis eam participe-
 mus. Vera ambrosia, uerum nectār est, agnitum deum, cer-
 ta indubitataq; fide intra mentis nostræ uiscera uti cibum
 traicere. Quis nobis hunc panem semper dispensabit?
 Quis dabit, ut de carnibus eius semper saturemur? Face-
 sat pusillanimitas. Crede, ait Augustus, & manducaſti. Fi-
 des præsentem nobis facit deū. Fides deo ipſo nos pascit.
 Neq; enim tam strictim accipiendum est celebre illud Au-
 gustini dictum, uel caput illud sextum Euangelii Ioannis,
 quasi tunc solum Christus credendus sit uere præſens &
 manducabilis, cum sacratum illum panem uidemus, uel
 adesse cognoscimus: sed quocunq; tempore, quocunq; lo-
 co credimus, Iesum dei, Mariæq; filium, saluatore orbis,
 uere semper manducamus. Similis & diui Chryſostomi
 in commētariis super epistolam ad Hebræos sententia est
 dicentis. Participant ne qui semel anno, an qui sapius, an
 qui rarius. Sanè nec ii qui semel anno, neq; q sapius, neq;
 qui raro: sed qui munda consciētia, qui puro corde, quiq;
 uita irreprehēſibili, isti semper accedunt: qui uero nō sunt
 eiusmodi, neq; semel. Hoc beatissimum est conuiuium, à
 quo nullus nos excludet pōtifex, sed sola incredulitas eiicit.

Nobis

Nobis iure summū est solatium, semper habitare in nobis deum, quando eius sermones obtemperātes audimus: feliciter nobiscum agitur, quod semper filios dei fieri licet, quando in Christum creditur. Porro ubi sub sacramento panis caro Christi mirabiliter, & ὑπερφύως affuerit (tametsi sacramētaria spirituali esitatione quouis modo sit inferior) spirituale conuiuium aliquādo spectatius efficitur. Quomodo enim non magnum, adesse speciosum illum præ filiis hominū, & unigenitū à patre plenū gratia & ueritate? Iam cū quotidie dictitamus, si in seculū quo Christus in Iudæa uisus est, incidissemus, nihil non fuisse nos periclitaturos, ne uultus sui humanissimo aspectu fraudati essemus. Age præsto est, quid cunctamur? cur non humiliamur? cur non adoramus? cur non auxilium & misericordiā eius implo-ramus? An dolemus, quod non corporeis oculis intuemur? Nihil hinc iacturæ, immo commodi aliquid accrescit. Fide uidemus, feliciter adde & certius quā Iudæi oculis carnalibus. Qui non uidimus & credimus, beatiore prædicamur, quā qui uiderunt & crediderūt: ut ne de his loquamur, qui uiderunt, & in incredulitate perstiterunt. Miseri enim illi sunt. Tria hominum genera percenseri possunt, qui Christum nostrum feliciter uel spectarūt, uel spectāt. Felices αὐτόματι illi qui suis oculis spectarunt, Regibus, Prophetisq; multis denegatū. Feliciores constanti fide uerbo carni facto ἀτενίζοντες in inuisibilia mentales oculos figūt. Vere deniq; beati, & cōsummatissimæ felicitatis, Regem in decore suo gloriosiorē angelis, semper irreuerberatis, & infatigabilibus oculis contemplantur & laudant.

Nostra

Nostra conditio mediocris est, deterius habemus cælitibus, melius autem iis qui corpore sequuti Christum. Illi nos uincunt gloria, hi uero à nobis fide: modo afflit fides, & tantum non torpidiores illis simus, acceptaque occasione ne cedamus officiis. Audimus quanto studio, quanto gaudio ad puellum, qui commodum in Bethlehem natus erat, è uicinis pascuis pastores, & à remoto oriente Magi properabant: & qua alacritate, qua animorum corporumque contentione, quibus difficultatibus, per uicos & agros, & in solitudinem ipsam, & primo diluculo, docentem miraculaque facientem sequebantur turbæ, & odore fragrantissimorum odorum tracti currebant, occurrebant, præcedebant, subsequabantur, stipabant, urgebant, pedibus accidebant, auscultabant, precabantur alii pro se, alii pro suis, aduehebantur, alii grabatis, alii per tectum submotis tegulis ante pedes ponebantur, inuitabant alii, inuitare alii reuerentur. Sed & nos tantus amor, tantumque tenet Christi desiderium. Est & nobiscum יְהוָה Immanuel, nobiscum deus. Faciet etiam nobiscum mirabilia. Cur tam immisericordes nobis & iniqui sumus, & non etiam ipsi spiritualibus obsequiis salutem quærimus? cur non inuisibili interim propter imbecillitatem nostram appropiamus? An dubitamus corpus suum esse, quod ipse suo ore corpus suum testatus est? An allegorice agnum eliquabimus, & (quod nephas) ossa Regis Idumæorum comburemus? Hospitalis simus Christo, & sæpe ei conuiuium apparemus, sæpe eum inuitemus & reficiamus, Hospitalis, magnificeque dapifilis erit & Christus. Inuitat nos & clamat: Venite ad me omnes qui laboratis,

ratis,

ratis. mittit seruos suos, cogit & interminatiōibus, ut apud se diuertamus. Apparat conuiuū, & se nobis uitulū saginatum imolat. reficit ne sitiamus esuriamsq; in æternū. Quo modo abscedemus à domino? Verba uitæ æternæ habet. Impudentes simus cū Magdalena, ruamus ad pedes eius, rigemus lacrymis, osculemur, ungamus pietate. Contingamus uel uestem cū hæmorrhōissa, exhibitq; uirtus ab eo. Tactu quo tangimus fide, uel tangimur misericordia sua, curabimur. Tactu mūdabit leprā, tactu illuminabit oculos, tactu nullū nō morbū curabit, nullū nō dæmoniū, exiget, nullū non à mortuis excitabit. Cōtingamus dominū fide, & continget nos misericordia. Sitit dominus fidē nostrā, ut nos potet fonte uitæ. Esurit iustitiam nostram, ut pascat fructibus meritorum suorū suis elaboratorū manibus. Iustitiam nostram fides præstat: audacter dico, iustificatio nostra fides est. Fides nostra, utcunq; se alia habeant, uel efficax, uel inefficax, uel utile, uel inutile hoc mysteriū facit. Est enī peculiariter: & à domino dictū mysteriū fidei. Absq; arabone diffidebas curari uulnera, mundari imunda, remitti peccata. O ineffabilem clementiā, corpus suū in arrabonem dat, ut animo tollatur omnis hæsitantia & incredulitas. Non refert quā letalis, quā multiplex, quā inueteratus sit morbus. Fœtea licet, arescas, et putrescas, crede, & uiues propter hunc panē. Ita fidei diuitiis beatiores esse possumus uis, quibus cum in terris cōuersatus est Christus. Nam ut aliquid fidei nostræ accederet, non decederet, ex oculis nostris sese abstulit, & ad patrē ascēdit. Sed si utroq; excidimus, & nec corporis, nec animi oculis eū uidemus,

F

illis inferiores iure censetur. Porro nobis enitendum, ut mens cotidie purgator tam proficiat in fide, quo non solum plus his uideat, sed & ad angelorum, & coelorum gloriam aliquatenus assurgat: à qua tantum absumus, quantum à digna cognitione Christi dei deficimus. Nam si uelamē hoc abductum fuerit, hoc est fidei imperfecta cognitio in consummatam transferit dei contemplationem, erimus & nos pares angelis. Quare semper & hora praesertim qua mysteriis tantis uacamus, adnitendum nobis, ut uideatur non modo Christus è caelis ad nos descendere, sed & nos uideamur in caelos ad ipsum ascendere: & inter angelicos choros uersantes, eum ardentius amare, & beatioribus hymnis magnificare. Tum clarius sese eius lux offert, permittiturque spectare delicias & claritatem corporis nobilissimi: quod ut hic deformatum adeo, ne quis in eo decor esset, tamque multa indigna, monereque turpissimam perpessum, ita alibi gloria beatitudinemque summa dotatum. Et cum iucundissimum sit illud spectare, conceditur etiam ut agnoscat sapientissima illius anima, in qua non adhuc sunt recoditi, sed aperiuntur & monstrantur thesauri scientiae sapientiaeque dei. Perueniturque per eam tanquam portam acuiam, ad ueritatem & uitam: imò ista huic uitae congruunt, qua gradatim ad sublimiora introducimur. Alibi summa quaeque primum obtutus in se raptos adeo illustrat, & beatos reddunt, ut omnis deinceps magni nostri regis gloria in conspectu sit. Exhibet se creaturis suis contuendum absque anigmatis & nebulis, quod de deo haecenus nesciuimus magis quam sciuimus, uel coniectati sumus. Fons ille omnis essentiae ipsamet essentia, scatebra omnis uitae ipsa

ipsamet uita, origo gaudiorū omniū, ac totius felicitatis,
ipsamete felicitas iucundissima, & ipsamet omniū bonorū
abundantia abundantissima, ipsamet pax securissima, in-
concussa ueritas, æquissima iustitia, fulgentissima sapiētia,
iustissima clementia, purissima sanctitas, ipsamet bonitas,
charitas, & quicquid summe dicitur, uel cogitatur, imò in-
comparabiliter plus quàm dici cogitariue potest. Hic ue-
rus angelorū est panis: hoc manna, quod angelis & bea-
tis semper aperte ministrat Christus: nobis uero idem præ-
bet absconditum: quod tamē pro fidei incremēto magis
atq; magis detegitur, & pro crebra desyderiorū ingemina-
tione, maiori suauitate pectora nostra afficit. Quid hic re-
pendemus domino? quo obsequio uult coli? quam in tā-
ta re fert legē? Etiā hic solita domini redolet benignitas.
Semper sui sumillimus est mitissimus Iesus. Nihil asperū
iubet, nihil onerosum iniungit, nō adigit ad multorū die-
rum inedia, non ad itinerū difficultates, non ad certorū
psalmodiarū modulationē, non ad anxiam peccatorū enumera-
tionem, neq; ad alia quæ onerare absterrereq; possent ho-
minem. In meā, ait, cōmemorationē hoc facite. Quid leui-
us? quid iustius? quid mitius potuisset præcipi? Qui ne co-
gitare quidē de re aliqua dignatur, quid tandem facturū
est? Cui amici recordatio molesta, quid tandem leue? Ni-
hil perinde familiare amicis atq; mutua memoria. Et ua-
lent amici ea parte memoria plurimū, præsertim si eos cō-
ciliarint insignitæ raritatis uirtutes ac beneficia, qualia sunt
oīa Christi in nos. Leuissima gratitudinis pars est memo-
ria, eāq; & non aliā à nobis exigit Christus. Verū si id mini

sterii quantulūcunq; est, fideliter pēdimus, nihil officii nostri desiderari poterit, nullā detrectabimus pronūciā, nulla ex parte desides arguemur: uelimus, nolimus, ut ita loquar, amabimus: gratias habebimus, referemus, agemus: ultro totos nos offeremus, nostra sponte pericula subibimus, gaudebimus in pressuris & tribulationibus, ad mortem & supplicia p̄silemus. Tam præclarus, tam inebriās est calix domini. In memoria mei hæc facietis, ait Christus: iucūda memoratu sunt beneficia Christi, sed memorabilior Christus ipse. Beneficiis multū gratiæ decederet, si aliunde quā à Christo acciperētur. Christus autē citra beneficia omnia nedum ista, nō solū memoria, sed amore honoreq; omni dignus est, etiam si nihil bonitatis (ut impossibile interim ponamus) cōmunicaret creaturis, easq; malis infectaretur. Idcirco primū Christi memores simus, cuius emimētia dignitateq; fit, ut & sua beneficia sint commendatiora: præsertim cum ea tāta esse uoluerit, ut & ipse per ea nobis charior fieret, & quorū recordatiōe sui quoq; uigeret memoria. Et nullū planè ex eis obliuione transmittendū foret: tum quod per se magna sunt, tum quod à maximo p̄ficiscunt. At qui obliuiosi sumus, maxime rebus fortunatis, Christi beneficiorūq; eius nō recordamur. Verum infatigabilis Christi bonitas etiā in hoc nobis consulit. Innumeris enī beneficiis inauditū aliud adiciēs, monumenta mirabiliū suorū exhibuit. Nā carnē suā in cibū, & sanguinē in potū dedit. Vnde ingratorū maior confusio, piorū uero fructus esset uberior. Porrò in tāto beneficiorū aceruo, mortis memoriā potissimū celebriorē esse uoluit, quod

quod & adamantina pectora edomada satis roboris habeat,
 aliaque propria, ut incarnationis, resurrectionis ascensionisque,
 beneficia secum trahat. Ita & Paulus ait: Quotiescumque mandu-
 cabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annun-
 ciabitis donec ueniat. Insuper ita instituit, ne quod omitteret
 quo memoria iuuaretur. Tempus delegit cenam ultimam, uitae
 mortisque collimitum. Appellat nouum testamentum, ut iterum
 mortis memoria, que ratum facit testamentum, sanctius, inuio-
 labiliusque foret. Ad haec uerbis signisque commendat, nam pas-
 sioni suae panis uinique symbola congruunt. Non conficitur pa-
 nis, nisi comolitis granis, & farina aqua mixta, & igni co-
 cta. Nec uinum nisi contusis uuis confluit, quae sane & Christi
 & eorum, qui Christi sunt, figuram & typum gerunt. Obscuriora
 forent haec symbola, sed uerbis Christus ipse arcanum detegit.
 Nam benedicens panem aiebat: Accipite & manducate ex eo
 omnes. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Similiter
 & accepto calice: Hic est sanguis meus, qui pro uobis et mul-
 tis effundetur in remissionem peccatorum. Quare effusionis tra-
 ditionisque meminit: nimirum ut passionis memoriam animis
 nostris profunde inscriberet. Hoc sibi uoluit & sacrificiorum
 nostrorum ritus ac oblationes. Nihil enim aliud sunt quam sacrificium
 illius unici, quod semel in cruce oblatum, recordationes. Una
 est hostia, & eadem per tot secula & loca, quia non est nisi
 unius hostiae recordatio. Atque haec recordatio, nostra est
 gratiarum actio. Cum enim nihil aliud prestare possumus, saltem
 hoc quod praecipitur et conceditur, prestamus, ut pro infini-
 tis beneficiis, uel aliquam beneficiorum memoriam ut grati repe-
 damus. Unde & mysterio nomen inditum *εὐχαριστία*, quod in-

terpretatur proprie gratiarū actio. Vides omnia eò recide
 re, nequid nobis antiquius sit, & cōmendatius Christi, be-
 neficiorūq; eius cōmemoratione. Proinde solliciti simus,
 nec testamenti uerba è mente sinamus effluere. Quod si
 quēadmodū Moyses mādauit de mandatis (ut sint in cor-
 de, & narrētur filiis, & meditemur ea sedētes in domibus,
 & ambulātes in itineribus dormiētes atq; consurgentes, &
 ligemus ea quasi signū in manu, sintq; ac moueātur inter
 oculos nostros, scribanturq; in limine & ostiis domus) ita
 & nos beneficia in cordibus, ueluti in marmore sculpta, &
 inobliterabilia seruamus, ne utiquam ociosa erit eorū me-
 moria. Exardescet enī in meditatione ignis. Et in hoc uno
 monet Timotheū Paulus: Memor ait esto resurrexisse Ie-
 sum à mortuis. Coget enim amare Christum, & tam effli-
 ctim, ut ne ip̄a quidē mors tam uiolēta sit, ut amor noster:
 & cum ab oībus auelli possimus, à charitate dei nō poterī-
 mus. Hinc indicibilis illa promptitudo ad pia studia. Hinc
 flagrantissimū desyderiū gratiarū actiōnis. Hinc suauēs lac-
 crymæ, dulcibusq; lacrymis fluētia gaudia. Hinc pectus fer-
 uore sancto incalescit, generosasq; uoces itrepida ædūt la-
 bia. Paratū cor meū deus, paratū cor meum. Fiat ò domi-
 ne uolūtas tua, domine quid uis ut faciā? Quid retribuam
 domino pro oībus quæ retribuit mihi? Hinc nō desipiūt,
 sed & contēpta sunt affectui terrena, sed & semetipsum ab-
 negat homo, & deo se totū offert in holocaustū: nihil pri-
 stinae uolūtatis seruare uult, nihil nō fert quod ferendū, ni-
 hil non agit qđ faciendū. Tum suaue erit iugū, et onus do-
 mini leue. Pro nihilo ducit castigare corpus, dispartiri in
 ege

egenos patrimoniū, pro malo bonū reddere, inimicos beneficiis demulcere, in cōtēptu gaudere, pro ueritatis amore, & cōfessione fidei mortē subire. Deniq; sic totus copulatur Christo, & unus fit spūs cū eo. Ita sanguis Christi pudicas spōsarū genas ornat, ut ait Agnes: ita caro Christi thoroſa facit pugilū suorū brachia: tū à corde Christi succus & uigor in uenas animæ ingredit, hilarisq; eius spūs medullam humectat, & ossa cōsequēter solidat. Tum maciē mentium caro, ariditatem sanguis emēdat. Saginat, dilatat, in crassat caro: irrigat, latificat, inebriat sanguis. Tū massam, quam ante terrestriſ Adæ fermentum adulterauerat, azymus cœlestis Adæ panis purificat & uiuificat, non in corruptibilem hanc, sed in infinitorū seculorū uitam. Et in tantis lauticiis, mirum quæ hominū ingratitude, quis stupor, quæ malitia, ut uelut à nauseamentis abhorreant, et propè cogendi sunt ad hāc mensam, à qua repellī nō minus metuendum fuerit, quàm è Paradiso ipso eiici. Qui nam sumus? quæ ue domus patrū nostrorū? ut tam clementer familiariterq; nobiscū agat deus, & suis conuiuuis adhibeat: nosq; superbæ Vasthi imitari cōtumaciā malumus, quàm illius experiri mansuetudinem: & quibusuis siliquis q̄ angelorum pane satiari quærimus.

Sed ad tertium progrediatur sermo. Restat igitur id quod minime omniū negligere fas est, ad quod etiam (cum institueret hoc sacramentum) spectasse Christum credimus. Nam quamlibet magna sunt quæ diximus sancta symbola pie sancteq; tractare, & beneficia Christi, Christumq; ipsum à memoria non abscedere, nondum tanto
myste

mysterio factum est satis. Est enim quod pro tempore magis amplexandum, nempe cura mystici corporis Christi. Nemo hoc dogma, quo non est alterum Christianius, quasi novum explodat. Ipsum enim typis suis panis & vinum, ipsumque corpus Christi docet. Nam ut Paulus ait: Unus panis & unum corpus multi sumus omnes, quod de uno pane et uno calice participamus. Ut enim est pluribus granis unus panis conficitur, & est multis membris verum Christi corpus constitutum est: ita est multis fidelibus unus mysticus panis, unumque corpus Christi mysticum, cuius ipsemet est caput, constat. Non inficiamur (quod quis obiiceret forte) Mariam delegisse optimam partem, & beatiorum actiua contemplatiua. Sensit hoc & Paulus, cupiens dissolui, & esse cum Christo, pronuntiabatque longe melius esse. Verumtamen propter profectum nostrum elegit manere in carne. Coelesti gloria nostri causa aliquantisper abesse boni consulit Paulus: nos grauatim feremus si nostro, nescio enim an recte dicam, Christiano ocio, paulisper fratrum causa destituti fuerimus? Non est hoc Christum cultu suo fraudare, qui misericordiam sacrificio praefert. Nunquam tam propere accumbimus Christo, nunquam tam religiose Christum colimus, quam si spiritualis ocii iacturam facimus: hoc consilio, ut Christi nomine, mystico suo corpori fratribusque seruiamus. Ut ut minimum est suis tractauerimus, ael humane, uel crudeliter acceptum habebit, iudicabitque Christus perinde atque erga ipsum sic nos gesserimus. Quapropter non est, quod queramus inuisibilem Christum: obuius est famelicus, obuius est Christus, quare Christum non pascimus? occurrit nudus quispiam, occurrit Christus, quare Christum non uestimus? Decumbit in
lectu-

lectulo æger, detentus est in custodia captiuus, aberrat aliquis fratrem, cur ipsum contēnimus Christū? Toties nobis obuius est, Christus, & non curatur. Vide num tota uita nostra sit hypocrisis, & pietatis simulatio. Verā pietatē & sanctimoniam charitas & misericordia declarant. At quæ charitas in Christum, si eum pro quo Christus nō detrectauit mori, cuius mens deitatis imagine insignita est, agnoscere dedignamur? Sanctissimā illā carnem suā, quā de uirgine assumpserat, uirgis, flagellisq; cædi ac crucifigi permisit Christus, ut mysticū corpus seruaret. Cum iam adorirētur eū milites, ut caperent, ait: Si me quæritis, sinite hos abire. Ne fingamus succensiturū Christum, si pie potius negociemur q̄ ociemur, & gratius affemur q̄ sileamus, & sanctius comedamus quā ieiunemus. De hoc ritu ait Christus: In memoriā mei facite. At non ita leuiter de proximis præcipit. Iubet inimicos amari, beneficiisq; demereri. Nihil ergo his qui domestici fidei, ueraq; corporis sui mēbra denegare licet. Hoc est quod docuit lauans singulorū pedes, & tradēs egregiū illū de charitate sermonē. Hoc unū mādatū dedit, ut diligamus inuicē, sicut ipse dilexit nos. Dilexit autem nos usq; in mortē. Quid ergo nos debemus fratribus, pro quibus ex præcepto, exēploq; Christi mortē subire tenemur? Et ut Cypriani sentētia est, Quoties calicē hunc bibimus, semper paratos esse decet ad effundendū pro fratribus sanguinē. Hoc est mysteriū pacis, quod inter precādō toties dat & accipit sacerdos: nō quā mundus sectatur pacem, sed quam suis reliquit Christus: ne ullis scilicet fraudibus, potētius, felicibus, aduersis à charitate, quæ uel in deū

G

uel in proximū, auellamur, mādatūq; illud primariū prae-
 uaricemur. Cuius apostoli, & qui dato spū sancto nascētis
 ecclesiae primi ciues scripti sunt, probe fuerūt memores, cū
 perdurarēt unanimiter in tēplo, & frāgerēt per singulas do-
 mos panem, essetq; multitudinis credentiū unū cor, & una
 anima. Vnde illa cōcordia? unde illa unanimitas? nō eos
 terreni lucri spes cōciliabat, qui reliquerant oīa, & opes ut
 stercora contemnebāt: nō periculorū metus cogeabat eos,
 qui gaudebāt dignos se haberi, qui pro noīe Iesu periclita-
 rentur: nō sanguinis uinculū copulabat, qui propter Chris-
 tum nesciebāt patrē & matrē, fratres & sorores, & cætera
 huiusmodi nomīa in terris: sed tantæ necessitudinis author
 erat Christus, & oīa inter se mēbra cohærere faciebat. Itaq;
 nesciebāt simulationē, dolos, arrogantiam, ambitionē: non
 inuidebāt, nō cōtendebāt, nō obtrectabāt: nocebāt nulli,
 proderant oībus. Nec mirū, nihil differebat honor à mini-
 sterio, priuata erant cōia, deliciarū nulla cura erat, ad chari-
 tatis legē agebātur oīa, in cōmune studebāt oēs. Pari ardo-
 re flagrabat spūs omniū, ut indies magis atq; magis credē-
 tiū numerus augetur: docebāt hi, prophetabāt illi, uariis
 linguis loquebātur quidā, curabāt alii ægros, aut miracula
 operabant, ministrabāt cæteri, & nemo nō aliquid in me-
 diū conferebat, nemo quæ sua quærebat. Etenī quēadmo-
 dum prouidētia cōditi mutuis auxiliis indigemus: uni da-
 tæ opes, negatū robur: alteri cōcessæ uires, negatæ diuitiæ:
 hi ualidi sūt ut seruiāt, illi industrii ut dominant, & paucis:
 nemo sibi solus sufficit, nemo sibi soli natus: ita & nemo si-
 bi soli renatus, nemoq; nō uicissim alienis opus habet ad-
 iumena

iumētis. Hæc illa sanctorū est cōmunio, de qua in symbo-
 lo. Hæc illa *συνάξις* sanctissima, qua quicunq; siue apud
 Garamātes, siue Britannos agūt, siue Romā sciant, siue ne
 sciant, siue accepti, siue exosi sint hominibus, si adhærēt fi-
 de Christo, & uniti sunt capiti, uniti sunt & nobis, modo
 mēbra simus Christi. Iam unus omniū est Christus, unū ca-
 put, unus baptismus, una fides, unū sacrificiū, una mensa,
 una hæreditas, una ad quā tendimus ciuitas: cur nō & mi-
 nora una omniū? cur nō cōmunicamus sequūda & aduer-
 sa, læta & tristia? cur non iungemus etiam uires, opes, inge-
 nia, cōsilia, atq; adeo oīa? Si nō personata est charitas nos-
 tra, quibus nō inuidemus cœlestia, nec terrenā felicitatē in-
 uidebimus: & quibus ex animo precamur p̄spera, eos etiā
 facultatibus nostris adiutabimus. Vana uana sūt, quæ mul-
 ti dicūt optare se osoribus suis animorū salutē, uelle tamē
 illos tēporaria aliqua calamitate infortunari. Profecto isti
 quicūq; fuerint, uel quāta sint futura gaudia, nō expendūt
 satis, uel impudēter mentiūtur. Nescit liuor inuidere mino-
 ra, impartiri maiora. Alienū etiā est à germana charitate,
 cōmunicare summa, denegare (si locus postulet) infima.
 Corinthios acriter p̄stringit Apostolus, q̄ cū maxima utē-
 dū æqualitate, tū misericordiores erāt in pauperes, aliisq;
 famē cōquerētibus, mercedi distendebant, & æstuabant alii.
 Qua durtia in tantū mysteriū haud mediocriter cōmitte-
 bant. Vera sanctimonia charitate probatur. Dignæ man-
 ducationis certissimū argumentū, si post eam ad mansue-
 tudinē fueris facilior, ad tolerādas aliorū morositates lon-
 ganimior, ad seruiendū etiā inimicis prōptior & alacrior.

G ii

Cōtra, indubitātū habeto male cessurū tibi hoc conuiuiū, si adhuc tabescis odio, suspiciones alis, amaritudinem retines, deditus es obtrectatiōibus, uacas litibus, aliarū infirmitatū impatiens es, fraterni obsequii tædet. Esto interī in repetēda dominicæ passionis memoria, mirificā quandā internā suauitatē degustaris, & largissimū dulciū lacrymarum fontem effuderis, & Franciscanæ ecstaseos quiddā te passum existimes: nihil melior eris, nisi cōnitate dilateris. Pro bent nunc semetipsos, qui redeuntes è tēplis quasi iustificati, surrecto supercilio despiciantur numiles, atroci uultu inuadūt miseros, superbis, minacibusq; uerbis ignauitiā & imposturā mendicis & egenis opprobrāt. Viderint Cōcionatores & Doctores, qui persuadent incomparabiliter fructuosius multiplicare altaria, subinde à plurimis frequētari mysteria, redire iterū atq; iterū ad offerendū, instituire prouentuosas anniuersarias memorias & uigilias, q̄ pasce re famelicos, uestire nudos, redimere captiuos, & alias facere eleemosynas. O auariciā, O sacrilegia, O dolos, O cōmenta. Proh, Quid non mortalia pectora cogit auri sacra fames? Audiant hęc symmistæ æquis, audiant iniquis auribus: oro autē, ut audiāt æquissimis. Misericordia plus ualeat quàm sacrificiū, etiā ad sequundarios fructus, quos nostra cōmendatione absentes & defuncti percipiūt. Nec est qd̄ prætexant, Iscariotē obmurmurantē (potuisse ungentum, quo Christus à Maria delibutus, trecentis argēteis uendari, & dari pauperibus) reprobātū fuisse. Atqui nō modo excusabilis erat Iudas, sed & cōmendandus, si quod simulabat ore, sensisset pectore: sed euāgelista teste fur erat,

non

non patronus pauperū. Cæterū sacrifici nostri tam patrocinātur Christo, quā ludas pauperibus, si nō & fide uincuntur. Nolo id pluribus eloqui: sed quod obticeo, cōstanter eorū testatur luxus & ignauia: orbisq; fermè totus ingemiscit, atq; adeo, ut uix aliud intantū. Verū ut interim dissimulentur seculi mores, pro pauperibus Christus, nō cōtra pauperes dixit: Pauperes semper habetis uobiscū, me autē nō semper. Etenī quasi dispensaturus cū semetipso, ut celebrior fieret mortis suæ memoria, semel nō semper pauperibus suis se præferri uoluit. Quod si dixisset, me habebitis semper (ut postea dixit: Ero uobiscū usq; in consummationem seculi) potuisset cōiectura sumi, oblectari eū huiusmodi impediis. Verū ait: Me nō habetis semper. Nūc factum mulieris boni cōsulite, posthac non conuersabor uobiscū, posthac nec minimū quoddā dispendiū per me pauperes sentiēt. Neq; hoc illis obfuerit, quos tanto studio hæctenus uobis cōmendauī. Illis quantū uolueritis benefacite. Fiet id nō modo bona pace mea, sed approbabo, & quasi mihi benefactum foret, habebo. Quid? si dixisset Christus diuiti: Vade & uende omnia quæ habes, & da sacerdotibus & monachis, ac me sequere. Quid si in die iudicii rogaturus esset: Quot cōduxisti sacerdotes? cōducūtur enī. Quantum nūmorū altaribus intulisti? Quantæ nūc nostræ fortunæ essent? At ne uerbo quidē sacerdotū meminit. Iubet autem omnia pauperibus dari, & in die furoris sui exprobrabit iis, qui se non pauerūt in famelicis. Atqui ingeniosula est philargyria, quæ suo non licet, nūc pauperū, nunc Christi nomine corradit. Similiter impertinēs est hoc, quī uere

dictū, sacrificio Christi nihil preciosius, nullūq; sublimitus meritū fatemur et gratulamur. At non statim consecranteū semper in liturgiis q̄ elemosynis plus mereri causas mitto dicere. Id planè nō congruit curandū, q̄ populus magis inducatur ad multiplicandas missas quàm frequentandas elemosynas. Qui amore recordatione q; Christi pascunt esurientes, nihilo infeliciores, & plerūq; nec meritis inferiores iis, qui altario seruiunt. Pro bent etiā hic seipso morū censors, quæ illa sua æquitas, inexpiable haberi, si quis sacerdotū incuriosior quid ceremoniarū intermiserit, aut guttulam effuderit, aut laicus forte manu calicē contigerit. Tenue uero erratū, si fastu, libidine, liuore, incredulitate q; laborans cōspurcet nomen & altare dei. Audiant & reuerentur omnes, qui quauis paruula occasione rapta, à cæteris fidelibus digrediuntur, & se abalienāt, ut maximo reipub. christiana detrimento proh dolor cōtingit. Sectus est orbis, & prouinciæ pleræq; in sectas uarias, & dissidēt, uel ob ritus uarios, uel ob dogmata quædam in sacris literis nec probata, nec improbata satis. Hæc regio in fermētato, illa in azymo cōsecrat: hæc uulgo sub utraq; illa sub altera specie cōmunicat. Hæc in obseruando Pascha Indæorū cōsuetudini magis accedit, illa ab ea lōgius recedit. Nō sunt hæc uel similia tanti, ut propter ea maceria inter nos erigatur. Qui uera charitate flagrāt, dissimulabūt hæc potius, si emē dare nequeūt, quàm ut propterea à quoquam, qui fide & charitate Christo adhæret, se separari patiantur. Pertimescant hic & cōtremiscant transfugæ & apostatæ nostri, qui portionē suam ponunt cū adulteris & hæreticis, potātesq;

uinū

uinū erroris de uinea Sodomæ, ac comedētes panē luctuo-
sum, trāserunt in corpus mysticū sui capitis, principis tene-
brarū. Et sub ouilla interim pelle tecti, sanctæ quoq; men-
sæ accedunt, ut in simplicē gregem magis grassentur. Por-
rò nos euangelica ueritate pasti, nihil in operibus nostris
confidentes, & in solo Christo spem & beatitudinem no-
stram omnē statuētes, nihil charitate illius ducamus san-
ctius, per quam cum ipso & suis omnibus nobis bene cō-
ueniat: ut cum ipsum sub hoc admirabili sacramento, uel
qualitecunq; spiritus pia fide colimus, & dilectionē suam
erga omnes habemus, mereamur tandem cum omnibus
beatis cœlestis mensæ participes fieri, configuratiq; gloriæ
claritatis suæ contemplemur aperte & clare, non solum lu-
cidissimum illud Christi corpus uerum & mysticum, sed &
beatissimam eius animā, & maxime superbenedictā dei-
tatem, quæ illi cum patre & spiritu sancto una est & aequa-
lis, cuius sit omnis gloria & honor. Amen.

FINIS.

BASILEAE, IN AEDIBVS AND. CRA-
TANDRI, MENSE NOVEMBRI,
ANNO M. D. XXI.



ANNO 1719
TAV. I. MENS. NOVEMBER
C. 1719


77 L 1055

X 22094 M

res affa
di ro
3 suffi
ea teng
ozatu
d. ut fen
uid dicit
donosof
Ulor
rest ea
7 an
ritch
nmd
s au
yauq
pca
yfa
wak
de resp
e wst
re. b
par
tend
ratu
L. b. h
de 7
exp
des
tollot
de re
pe. nu
quda
elegan
aw.
evan
vib
ndo.
wisse
p dep
qur
nt
evan
m
to
id
aw.
e. f.
q
ci
b
de
- Al
ut
2
id
7
foep.
p
trad
7
vidi







B.I.G.

Farbkarte #13

DE GAV
DIO RESVRRECTIONIS
Sermo. In quo de myste
rio Tridui, contra
Sophistas.

ITEM ALIUS
In uerba Thomæ, Dominus meus,
& deus meus. In quo de
uera paupertate.

ITEM
De sacramêto Eucharistiæ Sermo.
IO. COLAMPADIO AVTORE.

